Thomae de Aquino

Glossa continua super Evangelia [= Catena aurea]

<Prooemium in Lucam>

Induam caelos tenebris,
et saccum ponam operimentum eorum.
Dominus dedit mihi linguam eruditam,
ut sciam sustentare eum qui lapsus est verbo.
Erigit mane, mane erigit mihi aurem,
ut audiam quasi magistrum. (Isaias 50,3-4).

Glossa. "Inter cetera incarnationis Christi mysteria, quae Isaias propheta diligenter et aperte praenuntiat, dicit induam caelos tenebris etc., ex quibus verbis accipere possumus Evangelii secundum Lucam [1] materiam, [2] modum scribendi, [3] finem et [4] conditionem scriptoris."

Augustinus *de Cons. Evang*.[1] "Lucas enim circa sacerdotalem Domini stirpem atque personam magis occupatus videtur, unde per vitulum significatus est, propter maximam victimam sacerdotis."

Ambrosius *in Luc*.[2] "Vitulus enim sacerdotalis est victima, unde bene congruit vitulo hic Evangelii liber, qui a sacerdotibus inchoavit et consummavit in vitulo, qui omnium peccata suscipiens pro totius mundi vita est immolatus; et ipsam vituli immolationem Lucas stylo quodam pleniore diffudit."

[1] Augustinus, *De consensu evangelistarum* I 2 § 4 (CSEL 43,4.16-18); I 6 § 9 (CSEL 43,9.18-19).

[2] Ambrosius, *Expositio evangelii secundum Lucam*, prol. § 7-8 (CCSL 14,5.115-6.142ff.).

Thomas von Aquin

Fortlaufende Glosse zu den Evangelien [= Goldene Kette]

<Vorrede zum Lukas-Evangelium>

Ich überziehe die Himmel mit Finsternis
und lege ein Bußgewand als Decke über sie.
Der Herr gab mir eine beredte Zunge,
daß ich diejenigen durch das Wort zu stärken weiß, die gefallen sind.
Er richtet am Morgen, am Morgen richtet er mir das Ohr empor,
daß ich auf ihn höre wie auf einen Lehrer. (Jes 59,3)

Glosse. „Unter den übrigen Geheimnissen der Fleischwerdung Christi, die der Prophet Jesaja aufmerksam und deutlich vorhersagt, sagt er [auch]: ‚Ich überziehe die Himmel mit Finsternis' etc. Diesen Worten können wir für das Evangelium nach Lukas [1] den Inhalt, [2] die Schreibweise, [3] das Ziel und [4] den Stand des Verfassers entnehmen."

[1. Inhalt]

Augustinus, *Von der Übereinstimmung der Evangelien*. „Lukas scheint nämlich mehr mit der priesterlichen Abstammung und Person des Herrn beschäftigt zu sein. Daher wird er durch den Stier bezeichnet wegen des größten Opfers des Priesters."

Ambrosius, *Über Lukas*. „Der Stier ist ein priesterliches Schlachtopfer; daher paßt für den Stier dieses Evangelienbuch gut, das bei den Priestern anfing und mit dem Stier endete, der alle Sünden auf sich nahm und für das Leben der ganzen Welt geschlachtet wurde. Und gerade die Schlachtung des Stieres beschreibt Lukas ausführlicher."

Glossa. "Quia igitur passionem Christi principaliter exponere Lucas intendit, huius Evangelii materia significari potest in eo quod dicitur: 'Induam caelos tenebris, et saccum ponam operimentum eorum'; nam ad litteram in passione Christi tenebrae factae sunt, et in discipulis fides obscurata est."

Hieronymus *super Isaiam*.[1] "Et Christus despectus erat et ignobilis quando pendebat in cruce; et absconditus est vultus eius atque despectus, ut humano corpore divina potentia celaretur."

Hieronymus *de viris illustribus*.[2] "Sermo autem Lucae tam in Evangelio quam in Actibus Apostolorum comptior est et saeculari redolet eloquentia. Unde subditur: 'Dominus dedit mihi linguam eruditam."

Ambrosius *in Luc*.[3] "Nam licet Scriptura divina mundanae evacuet sapientiae disciplinam, quod maiore fucata verborum ambitu quam rerum ratione subnixa sit; tamen si quis in Scripturis divinis etiam illa quae imitanda illi putant, quaerat, inveniet. Sanctus enim Lucas velut quemdam historicum ordinem tenuit, et plura nobis gestorum Domini miracula revelavit; ita tamen ut omnes sapientiae virtutes Evangelii ipsius complecteretur historia. Quid enim praecellentius ad sapientiam naturalem, quam quod Spiritum Sanctum creatorem etiam dominicae incarnationis extitisse reseravit? Docet moralia in eodem libro, quemadmodum scilicet amare inimicum debeam; docet etiam rationalia, cum lego quoniam qui fidelis est in minimo, et in magno fidelis est."

Eusebius *in Eccles. Hist*.[4] "Is ergo genere quidem Antiochenus, arte medicus, secundum hanc medicinam quam ex apostolorum vel societate vel traditione susceperat,

[1] Hieronymus, *Commentarii in Isaiam* XIV 53 § 1 (CCSL 73A,45.61ff.).
[2] Richtig: *Commentarii in Isaiam*, III 6 § 9 (CCSL 73,36ff.).
[3] Ambrosius, *Expositio evangelii secundum Lucam*, prol. § 1 (CCSL 14,1.1-7).
[4] Eusebius, *Historia ecclesiastica (transl. Rufini)* III 4,16 (GCS 9.1,193,18-22).

Glosse. „Weil also Lukas vor allem das Leiden Christi darzustellen beabsichtigt, kann der Inhalt dieses Evangeliums damit bezeichnet werden, daß es heißt: ‚Ich überziehe die Himmel mit Finsternis und lege ein Bußgewand als Decke über sie.' Denn im buchstäblichen Sinn trat beim Leiden Christi eine Finsternis ein, und verdunkelte sich bei den Jüngern der Glaube."

Hieronymus, *Über Jesaja*. „Und Christus war verachtet und verhöhnt, als er am Kreuz hing, und sein Angesicht war verhüllt und verachtet, da die göttliche Macht vom menschlichen Leib verhüllt wurde."

[2. Stil]

Hieronymus, *Über berühmte Männer*. „Die Rede des Lukas aber sowohl im Evangelium als auch in der Apostelgeschichte ist gefälliger und kommt weltlicher Beredsamkeit nahe. Daher heißt es weiter: ‚Der Herr gab mir eine beredte Zunge.'"

Ambrosius, *Über Lukas*. „Denn obwohl die göttliche Schrift der Lehre weltlicher Weisheit entbehrt, die mehr vom Reichtum der Worte glänzt, als sich auf die Wahrheit der Sachen zu stützen, so wird auch derjenige, der in den göttlichen Schriften sucht, was jene für nachahmungswürdig halten, fündig werden. Der heilige Lukas hat nämlich wie ein Historiker die Ordnung eingehalten und mehrere wundervolle Taten des Herrn enthüllt, so jedoch, daß die Geschichte des Evangeliums selbst alle Tugenden der Weisheit in sich schloß. Denn was zeichnet die natürliche Weisheit mehr aus, als daß er den Heiligen Geist auch als den Schöpfer der Menschwerdung des Herrn darstellte? Auch lehrt er im selben Buch Moralisches, nämlich wie ich den Feind lieben soll. Auch lehrt er Vernünftiges, wenn ich lese, daß derjenige, der im Geringen treu ist, es auch im Großen ist."

[3. Ziel und 4. Verfasser]

Eusebius, *Kirchengeschichte*. „Dieser Mann also, seiner Abstammung nach ein Antiochener, seiner Kunst nach ein Arzt, hat uns nach dieser Heilkunst, die er entweder vom Umgang oder der Überlieferung der Apostel empfangen hatte,

duos nobis medicinales libros, quibus non corpora sed animae curentur explicuit. Unde sequitur ‘ut sciam sustentare eum qui lapsus est verbo’.”

Hieronymus *super Isaiam*.[1] “Dicit enim se a Domino accepisse sermonem, quomodo lapsum errantemque populum sustentet, et revocet ad salutem.”

Graecus expositor.[2] “Cum autem Lucas bonae indolis esset et capacitatis strenuae, Graecorum scientiam consecutus est. Grammaticam siquidem atque poesim adeptus perfecte, rethoricam autem et persuadendi leporem assecutus ad plenum, neque philosophiae muneribus caruit; denique et medicinam acquirit, et quoniam naturae velocitate satis de humana gustaverat sapientia, ad altiorem convolat. Accelerat igitur ad Iudaeam, et visibiliter et verbotenus Christum adit. Cumque veritatem cognosceret, verus efficitur Christi discipulus, plurimum magistro commoratus.”

Glossa. “Unde subditur: ‘Erigit mane’, quasi a iuventute ad saecularem sapientiam; ‘mane erigit mihi aurem’ ad divina, ‘ut audiam quasi magistrum, scilicet ipsum Christum.”

Eusebius *in Eccles. Hist*.[3] “Tradunt autem quod Evangelium suum ex Pauli ore conscripserit, sicut et Marcus quae ex Petri ore fuerant praedicata conscripsit.”

Chrysostomus *super Matthaeum*.[4] “Uterque autem eorum magistrum imitatus est; hic quidem Paulum super flumina fluentem, ille autem Petrum breviloquio studentem.”

Augustinus *de Cons. Evang*.[5] “Eo autem tempore scripserunt quo non solum ab Ecclesia Christi, verum etiam ab ipsis adhuc in carne manentibus apostolis probari meruerunt.”

[1] Hieronymus, *Explanationes in Isaiam* XIV 50, § 4 (CCSL 73A,18ff.)

[2] Simeon Metaphrastes , *Menologium, Oratio de Luca evangelista (18 october),* § 2-3 (PG 115,1129A11-1132C14).

[3] Eusebius, *Historia ecclesiastica (transl. Rufini)* III 4.7 (GCS 9.1,195.2-5).

[4] Johannes Chrysostomus, *Homiliae super Matthaeum* IV § 1 (PG 57,40.41-44).

[5] Augustinus, *De consensu evangelistarum* IV 8 § 9 (CSEL 43,405.19-22).

zwei heilsame Bücher geschrieben, durch die nicht die Leiber, sondern auch die Seelen geheilt werden. Daher folgt: ‚daß ich diejenigen durch das Wort zu stärken weiß, die gefallen sind‘.“

Hieronymus, *Über Jesaja*. „Er sagt nämlich, daß er vom Herrn das Wort empfangen habe, damit er das gefallene und irrende Volk aufrichte und zum Heil zurückrufe.“

Ein griechischer Ausleger. „Da aber Lukas eine gute Naturanlage und eine leichte Auffassungsgabe hatte, eignete er sich griechische Wissenschaft an. Er erlangte eine vollkommene Kenntnis der Grammatik und der Poesie, wie er auch die Rhetorik und die Kunst, zu überreden, in Fülle errang. Auch mangelte es ihm nicht an den Gaben der Philosophie, und schließlich erwarb er die Heilkunst. Weil er mit seinen natürlichen Anlagen hinlänglich von der menschlichen Weisheit gekostet hatte, erhob er sich zu einer höheren. Daher eilte er nach Judäa und ging sichtbar und buchstäblich zu Christus. Da er die Wahrheit erkannte, wurde er ein wahrer Jünger Christi, der lange mit dem Lehrer umging.“

Glosse. „Daher heißt es weiter: ‚Er richtet am Morgen empor‘, sozusagen von der Jugend zur weltlichen Weisheit, ‚am Morgen richtet er mir das Ohr empor‘ zum Göttlichen, ‚daß ich auf ihn höre wie auf einen Lehrer‘, nämlich auf Christus selbst.“

Eusebius, *Kirchengeschichte*. „Es ist aber überliefert, daß er sein Evangelium nach dem Bericht des Paulus verfaßt hat, so wie auch Markus das von Petrus Gepredigte aufzeichnete.“

Chrysostomus, *Über Matthäus*. „Beide aber ahmten ihren Meister nach; dieser Paulus, der in Strömen daherfloß, jener aber Petrus, der sich der kurzen Rede bediente.“

Augustinus, *Von der Übereinstimmung der Evangelisten*. „Sie schrieben aber zu einer solchen Zeit, zu der es nicht nur von der Kirche Christi, sondern auch von den im Fleisch verbliebenen Aposteln bestätigt werden konnte.“

Et haec prooemialiter dicta sufficiant.

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

Und dies möge zur Einleitung gesagt genügen.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)